

PRO IOANNE IV.
REGE SERENISSIMO
PORTVCALENSIVM,

6

QVEM PRODITOR AVRO
corruptus occidendum suscepit in com-
muni pompa celebritatis Eucharisticae:
non tamen occidit, territus specie
plusquam humana.

MERCVRIVS GRATVLATORIVS.

AVCTOR MERCVRII P. LVCAS VELLOSO
è Societate I E S V.



ONCEPIT animo proditor scelus immàne,
Cum occisum voluit Regem augustissimum;
Non tamen confecit manu facinus.
Terruitnè hominè Dei Maestas in Ioannem prona?

An terruit Ioannes

Maestate armatus sua?

Cum scutum opponit suum Deus,

¶

Frustra

RES.
6043-6 P

n ob 53) 614

Genef.
c. 15. n.
1. Ego
protec-
tor. He
braice
est: ego
scutu.
Eucha-
ristia
scutum
ex Ar-
nobia
ad Pfal.
5. scuto
circun-
dabit
te, &c.
Plinius
in Pane
gyr.

Frustra conatus abijt mentis perfidiosa:

Ne Dei virtus notam se. at,

Si vincat proditor, quasi virtus Deo potentior.

Scutum Abramo Deus erat;

Proindeque Regum victor suam in domum redit miles;

An fas erat vinci hominem,

Qui Deo fruitur tutelari?

Hoc munitus clypeo Ioannes suam in aulam à pōpa reuenit,

Securus Mæstatis suæ,

Nec Philippi leo ferit, nec vulpes fallit Castellana;

Cum seruator adest, in melius potens,

Et licet vulgo tectus vulgatur ope lata,

Qui regium tegit latus.

Occultari non potest,

Quod factis probatur amicum Numen,

Et adhuc proditor audes?

Adhuc ferrum, flammam, venenum paras?

Quanta vno in flagitio sunt flagitia!

Artes euocat omnes, vires exerit omnes proditor,

Non vna contentus via grassandi,

Sæuendo gliscit rabies.

Iam iam sub ictu Ioannes est, non tamen occidit,

Tremit proditor, suldat, alget,

Elapsum manus ferrum, effusumque venenum est.

Scilicet, Deo inuito, nec artes valent,

Nec vires nocent.

Pastus Deo Ioannes ab aula in pompam exit,

Et

Et spe in Deum plena;
 Anidorum veneno submouendo presentissimū secū referēs:
 Nec mentitur spes tam bene collocata.
 Quid agis proditor, quid audes?
 Tunc audes in Christi pompa, in Dei asylo Regem ferire?
 Caesaris statuas Romanus
 Iouisque aram veretur Ithacensis carnisfex;
 Et manus à cæde abstinent,
 Cum reus eo loci confugit.
 Tu proditor utroque intemperantior,
 Qui tibi non temperas à Rege internecando,
 Cum Deus tam chari capitis comes est.
 Sed religionem contemnit
 Immanitas plusquam barbara.
 Miror ego, cur Deum ferro non petis,
 Et fide iurata?
 Nam qui patriam toto excussit animo,
 Deum excutit facile,
 Et facilius, auro loquente
 Quanto flagrat odio Regia Castellana,
 Quæ tot proditores auro parat!
 Credo, promitteret montes aureos,
 Si qua spes esset Ioannis occidendi:
 Prodigia in vitium gens est.
 Sed quanti Ioannem Deus facit!
 Qui tot proditores
 In lucem prodit hominum.

Philost.
 in lib. 2.
 cap. de
 vita A-
 pollonij
 Suet. in
 octau.
 c. 16. in
 Tiber.
 c. 53. &
 58.
 Virg. li.
 2. Hæc
 ara tu-
 ebitur
 omnes,
 ibi Cer-
 da. Ale-
 xandr.
 Neapo.
 l. 3. cap.
 20.

Malac.
C.4.n.2

Solem vates Deum vocant,
Et quadrat nomen in Numen,
Quo Ioannes sole
Discussit fraudes tenebricosas.
Dei lucem non vincit nox humana.

Age proditor,
Fuge in aulam doli machinatricem,
Hostemque Regem à Deo monitus ita mone:
Iure, non fraude regna constant,
Sceptra parantur.

Sed redit proditor, auroque multiplicato,
Pertinacior fortunam tentat;
Et quo redit locupletior, eo apparet sceleratior,
Qui scelus repetit.

Quid non admittat scelerum ingratus animus?
Sine quo nullum magnum accreuit facinus:
Cum sceptrum accepisset Ioannes Serenissimus
Prior, quam alij

Beneficium à Rege obtinet,
Sed non mitigatur proditor:
Cruda omnino impietas.

Beneficium fera sentit, non sentit ingratus, fera peior.
Spes erat perfido consilij perpatrandi, & euadendi,
Structis ad fugam adornandam latebris.
Sed spes tam falsa, quam iusta pœna ingratum sequitur.
Extractus è latebris proditor est:
Latere non potest malum ingens.

Capitur,

Apud
Senec.
lib. 1. &
cap. 10.
de be-
nef.

Capitur, truditur in carcerem.
Raptatur corio, malam in crucem agitur, praefectis manibus,

Acerliora meritis:

Qua enim vindicta est, & si grauior solito, non iusto minor
Ingratum in hominem.

Trahitur in custodiam proditor,

Dignus claudi tauro Phalaridis

Raptatus corio est, qui meruerat culeo insui,

Parricida, truculentior:

Scilicet ille perire voluit hominem,

Affectu, & natura patrem;

Regem iste, Deique delectu Patrem patriae.

Praefectas sibi manus videt,

Quibus parauerat ferrum, flammam, venenum;

Cum ius esset,

Ut suos in artus experiretur:

Manus scariores Diomedis.

Pendet mala de cruce proditor,

Qui de filo tenui suspenderit vitam regis magni,

Animam gentis patriae,

Maior vindicta est impietas

Redactus in cineres abit proditor.

Dubites, siene iusta reo paena, an antiquus honor Caesarum,

Sed mitior communem in hostem est sententia:

Mittuntur in mare cineres,

Ne terram sedarent patriam.

Fadum adeo ingrati animi scelus est.

Siquid!

Siquid tamen irarum, vrget, non sibi indulget seueritas.

Nec in reum seuit Ioannes

Maiestate laesa

Satis sibi superque factum admonens,

Si reus perierit

Minori puniens malo.

Iusta non seua Regis boni iustitia est.

Qui nec in hostem Regem seuire militem sineret,

Maximè ante Hostiam sacrosantam.

Hac tua Rex serenissime vox est,

Hac tua pietas,

Hac humanitas Regis Christianissimi;

Qui non ita ferox in hostem hostis est,

Nec ita vitam, & regnum tuetur suum,

Ut regnum, & vitam post Deum non posuerit;

Eo tutior, quo Dei amantior, & in hostem mitior.

Illud tecum puto reputaueras, Ioannes causa melior.

Anteit regno Deus,

Anteit & conscius recti animus.

Perge modo Rex serenissime,

Aeternum uiue, aeternum vale.

Nam quanto in hostem melior,

Tanto Princeps quisque maior est.

Nec Iuppiter olim Maximi, priusquam optimi

Nomenclatura coli voluit;

Tutum uita meliori sceptrum est.

Rex est qui posuit iram,

Senec.
ad r. de
Clemē.
cap. 6.

Plin. in
Paneg.

Rex

Rex est qui Dei honorem curat.

Inde tanta de te cura est

Magni Angeli, Magnæ Matris

Magnique Dei.

Coniurant amice in auxilium

Deus tui amans, ex affectu patrio;

Virgo sine mali nauo-concepta,

Sua in paracia:

Angelus Regni Custos, suo ex officio;

Quasi non satis vna esset manus

Ad proditorem submouendum.

Sed quamam tua est pietas, ac Religio,

Rex augustissime

Satis Deo facis, pompa iterata;

Magnæ Matri, sacello elaborato;

Angelo tutelari, ara erecta:

Auget obsequium gratus animus.

Deinde expiandus piè locus erat,

In quo parietes impiauerat ingratus proditor;

Erige animos gens Lusitana,

Pone metum gens Deo chara,

Gratulare tuam tibi felicitatem,

Gratulare

Suam Ioanni Serenissimo Maiestatem.

Timor omnis abesto.

Excubant pro Ioanne seruando communem in salutem

Custodes

Claud.
de 6.cō
fulatu
Honor.

*Custodes affectu nobiles.
Qui negat Regem à Deo pie datum,
Ioannemque seruatum commodis publicis;
Aut mentem amisit, aut fidem.
Mentem firmat rerum cursus
A regno instaurato;
Fidem adstruunt, qua miris sunt modis.*

VLYSSIPONE

Superiorum permissu.

Apud Paulum Craesbeeck. Anno 1647.

RES.

6043⁶ P